678 [*imp. Caes. Va*]lerio | [*Licinia*]no | [*Licinio*] p. f. | invicto Aug. p. | m., trib. p. III[1], con., | p. p., proco., r. p. | Parentinor. | d. n. mai. | q. aeius.

Parentii in Histria rep. a. 1843, mox periit (V 330 semel descripta). — 1) *A. 309.*

---

679 d. n. imp. Valerio Licini ano Licinio Aug. [*pont.*] max. | Sarmatico max. Germa|nico max., tribuni[*c*]ia potes|tate X[1], cons. V[2], imp. X, pat[*ri*] patriae, pro|cons., col. Bisica Lucana devota numinibus | maiestatique eius.

In Africa loco dicto Testur, oriunda sine dubio ex ruderibus coloniae Bisicae Lucanae (VIII 1357 saeculo superiore semel nisi fallor, nec fortasse sine mendis, descripta). — 1) *A. 316.* — 2) *Consul quintum processit Licinius anno demum 318.*

---

680 d. n. Valerio Licini|ano Licinio iun., | nobilissimo Caes., | col. Vallis numi|ni eius devota.

In Africa loco dicto Henchir el Arfanin, lapis miliarius viae Carthagine Theveste ducentis (Eph. ep. 5, 1095).

Titulos Licinio filioque eius communes cum Constantino vide infra N. 712 seq.

---

681 Constantine Caes., vivas! | Herculi[1] Caes., v[*i*]ncas!

Taurinis in museo fibula aurea (C. I. L. suppl. Ital. I 1086, 1 vidit Pais). — 1) *Herculius Caesar videtur esse ipse Constantinus (Mo.).*

---

682 imp. Caes. | Flav. Val. | Constantino | pio f[*el.*] nob. | Caesari, | divi | Constanti | Pii Aug. | filio.

In Anglia rep. prope Chester (Haverfield archaeological journal 1890 p. 266 cf. Eph. ep. 7, 1112). Titulus videtur scriptus eo tempore quo Constantinus imperator ab exercitu acclamatus (a. 306) ab Augusti vocabulo abstinuit. Similes sunt columnae miliariae provinciae Narbonensis XII 5556. 5584. 5673.

---

683 . . . . | . . . . .[1] | p. f. invic. Augusto | et Fl. Val. | Constantino | p. f. invic. Aug., | filio Augg.[2], . . . | leg. q . .[3]

Troesmi rep. (III 6174 descripserunt Desjardins et Boissier). — 1) *Principium tituli periit;* ...INIO *ante* P. F. *legit Boissier;* .... IIANO *et ex versu superiore* .... ITANO *Desj.* — 2) *Constantinum una cum Maxentio (vel potius Maximino) a Galerio appellatum esse Augustorum filium narrat auctor de mort. pers. c. 32; nummi quoque extant tam Constantini (Eckhel 8, 72) quam Maximini (ib. 8, 52) ita inscripti. Apparet titulum hunc positum esse in dicione Galerii ipsi Galerio collegisque eius vel omnibus vel uni alterive, et Constantino datum locum extremum.* — 3) leg. q . . . . *legit solus Desj.; legionem secundam Herculiam castra habuisse Troesmi aliunde scimus.*

---

684 imp. Caes. | Fl. Val. | Constan|tino p. f. | Aug., | M. Aur. | [*Val. Max*|*imi*]ani[1] | Aug. | nepoti, | divi Cons|tanti Aug. | Pii | filio. | XXIIII.

Cabasse in provincia Narbonensi (inter Forum Iulium et Aquas Sextias), columna miliaria (XII 5470 vidit Hirschfeld; similes sunt fueruntve XII 5463. 5490. 5508. 5512. 5515. 5540. 5555). — 1) *Maximiani nomina erasa sunt, sed ex parte adhuc leguntur.* — *Titulum incisum esse crediderim post nuptias Constantini et*

archive.org